

Rossi (Rubeo), Aureliano. Psalmi Vespertini pro totius anni . . . Milano, Paolo Gottardo Ponzio. 1575. RISM R2732.

**Title:**

PSALMI VESPERTINI PRO TOTIVS  
ANNI FESTIVITATIBVS DECANTANDI (QVINIS  
VOCIBVS) NVPER IN LVCEM EDITI.  
Aureliano Rubeo Auêtore.  
LIBER [Printer's mark] PRIMVS  
MEDIOLANI, Apud Paulum Gottardum Pontium. MDLXXV.

**Dedication:**

CLARISSIMO VIRO ET SVMMAE INTEGRITATI | ABBATI SFORTIÆ SPETIANO  
PATRITIO MEDIOLANENSI. | Aurelianus Rubeus. S. P. D. |

MEmini vir Illuſtris cum incidiſſemus in sermonem Canticorum Vincentij | Ruffi, à quo  
ego ad Muſices cognitionem ſum inſtruētus & cui quicquid | in hac disciplina profeci  
acceptum fero, delibafſeq; nonnullos noſtros | cantus te auſum dicere fruētus & partus  
noſtros maximè accedere ad eius | fuauitatem & me tanquam eius eſſe imitatorem,  
tantumq; tunc mihi tri-|buisti quantum ego nec agnosco, nec poſtulo. Quo faētum eſt &  
ani-|mus meus ita fit accenſus & exercitatus (uirtus enim laudata crafcit, & immenſum  
glo-|ria calcar habet) vt omnem operam, induſtriamq; nauarem ut aliquid lucubrationum |  
mearum in lucem prodiret quod exiſtimarem tibi gratum acceptumq; fore: Accipe er-|go  
hilari (qua foles) fronte opus hoc noſtrum beneuolentiæ in te meæ perſpicuum te-  
ſtimonium: Quod ſi tibi iocundum fuifſe fenſero uberiores à me fruētus propediem ex-  
peſtabis. Vale Mediolani. Quartodecimo Calendas Maij. |

**Laudatory poem:**

FRANCISCI BERNARDINI PORRI IVRISCONSVLTI | Mediolanensis; Reuerendissimo  
Antiftiti Sfortiæ Spetiano in | Aureliano Rubei opus commendatio. |

[column 1]

*Pleridum uati Cœleſtia numina in eſſe  
Autoris præſens teſtificatur opus.  
Suaui nanquè melo diuinos afflat honores  
Exprimit Angelici gaudia cunēta chori.  
Et cœli ſpecies qualis, Quis motus & ordo  
Aſtrorum oſtendit, nos rapit inq; Deum.  
Orpheus interpres Diuūm, quoq; fydera diēta eſt  
Scrutari Vraniè, uimq; calere Poli.  
Nimirum ingenuas artes complectitur una,  
Vna omnes ſub ſe ſacra poeſis habet.*

*Quin etiam Aonias ortum traxisse sorores  
A, Ioue diuina cognitione ferunt.  
Quiq; colunt illas superùm commercia habere  
Et quasi cælesti dicimus ore loqui.  
Annorum series huius monumenta laboris  
Non teret, & RVBEI fama superstes erit.*

[column 2]

*Nec quod opus profert stygia cohibebitur unda  
Dignum laude uirum Musa uetatq; mori.  
Tu qui animi candore micas uelut Hesperus àlter  
Quiq' refers norum nobilitate patrem.  
SFORTIA; Phœbæum munus cape dulce laborum  
Lenimen, uatis grande decusq; tui.  
Excipe sincera (qua fuesti cætera) mente  
In quo syncerum pignus amoris habes.  
Non tantùm ingenium prudens mirabere, Dotes  
Atq; animi celebres, aurea scripta leges  
Ipse sed agnosces etiam de millibus unum,  
Cui sacraret opus, te meruisse magis.  
Nam tibi sublimis cum sit mens, nobile peçtus  
Nomine digna tuo docta Thalia fuit.  
FINIS.  
[orn.]*

### Contents:

Domine ad adiuuandum Dominica in septuagesima usq; ad feriam v. in cœna domini,  
dicitur sequens. Laus tibi domine rex æaeterne glorie.  
Dixit Dominus Octau Toni [odd verses]  
Confitebor tibi Septimi Toni [odd verses]  
Beatus vir Sexti Toni [odd verses]  
Laudate pueri Quinti Toni [odd verses]

### Part-book:

BASSVS No signature. 8pp. Dedication. Laudatory poem.

### Remarks:

Oblong format. Fragment: only pp. 1-8 extant. RISM R2732.